



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Copia Aliarum Litterarvm Eivsdem Haertvvici. &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

& a sunt autem hæc Anno ab incarnatione Domini M. C. LVI. in festiuitate B.  
Martini, Episcopi & Confessoris, regnante Domino nostro Iesu Christo,

COPIA ALIARVM LITTERARVM  
EIVSDEM HAERTVVICI. &c.

**N**OVERIT hoc tam præsens etas quæ successura posteritas. quod ego Hært.  
vvicus Dei gratia, Ratisboneñ. Ecclesiæ Æps, cum propter frequentes meas  
infirmitates, tum etiam propter aeris temperiem, ac loci amoenitatem, apud Ec.  
clesiam S. Magni sèpius requiescerem; accidit, vt Dietmarus, maioris Ecclesiæ  
Plebanus, habitum assumeret monasticæ religionis, in Monasterio B. Emerani  
martyris. Quo facto, Ortwinus, prædictæ Ecclesiæ Præpositus, assumptis secum,  
duob. venerabilib. viris, Alberto, videlicet Abbe S. Emerani, & Gevvolfo, Ab.  
bate Castellensi, in præsentia se nostrâ obtulit, multimodam Ecclesiæ suæ nobis  
exponens in opiam, & deinde immensum laborem in ædificando nouum Mo.  
nasterium: Quod quidem fundator satis nobiliter inchoauerat, attamen minus  
ex aliqua parte perfecerat; nobis etiam de hoc supplicans, quatenus in leuamen  
sui laboris, & Ecclesiæ suæ sustentationem, aliquod stipendium in Ecclesia no.  
bis vacante, dignaremur exhibere. Abbates verò nos tam venerabilis viri peti.  
tionem non debere frustrari commonentes, quem etiam à Decania in Kiems  
non paruis precib, nuper assumptum, sub spe bonæ prouisionis in. Ecclesia Ri.  
pensi locatum, nos Ecclesiæ suæ propter ipsum asseruerunt digne esse benefi.  
curos. Nos itaq; ad petitione cantorum virorum Chorum Ratisboneñ. simulcū  
Ministerialib. S. Petri, in prædictum locum conuocauimus, exponentes eis pia  
consideratione, quæ audiuimus; Vt & ipsi recordarentur B. memoria Gebhardi  
Presbyteri, quondam ipsorum confratratis & Cöcanonici, qua fide & dilectione eis  
astiterit, qui ob amorem ipsorum, eorum etiam obtainendum suffragium, Eccle.  
siæ Ripensem, cum libera esset, voluntariè fecit eis esse censualem. Hisigitur.  
cunctis præconsideratis, nos mediantib. Abbatib, in vnum conuenimus, & co.  
municato consilio Ecclesiam in Saler, sub tali conditione contulimus Ecclesiæ  
Ripariæ, quatenus Plebanus maioris Ecclesiæ, omnium vinearum eiusdem Pa.  
rochiæ: Præpositus verò S. Magni omnē decimā frugum cum oblatione fideliū  
possideret in perpetuum. His itaq; cunctis sic ordinatis, vt nulli omnino ea in.  
posteriorum annullare, vel in irriticum ducere liceret, Auctoritate & Banno Episco.  
paliscripto, ac sigillo nostro, Ecclesiæ Ripariæ confirmauimus.

TESTES verò huius rei sunt hi, Albertus Abbas S. Emerani, Gevvolfus Ab.  
bas Castellensis, Wernherus Præpositus, Heinricus Decanus, Rudiger Cellerari,  
Kadelhohus de Ahusen, Bruno de Hæsinaker, Ulricus Scolasticus, Chuno de  
Reitenpuch, Merboto, Berchtold de Sinzinge, Berchtold de Claffschinkh, Bern.  
hart Niger, Hermannus Grossus, Capellani verò Episcopi, Henricus Abbas de  
Münster, Heinricus de R. Ó. Egilolphus, Rapoto, Regil, Ulricus Vice dominus,  
Sigehardus de Eberpeunt, Nizo de Neitenpuech, Hartvicus Dapifer, Dietri.  
cus de Hæsinackher, Dietmarus de Sinichingen, Albertus de Auttingen, Ulri.  
cus de Hohenbergk, Hartvicus de Liechtenberck, Ortliep Chæzpizze, Ærbo  
Scultera, Fridericus Paruus. Facta sunt autem hæc anno ab incarnatione Domini  
M. C. LXI. in vigilia Apostolorum, Simonis & Iudæ.

A D D I T I O N E S.

Fundatio Ecclesiæ Ripensis alias Monasterij S. Magni Confes.  
soris in pede pontis ciuitatis Ratispon.

**A**nno Saluatoris nostri incarnationis videlicet millesimo, centesimo, tri.  
gesimo.

Ex libr.  
tracht M.

